WICHTEL.

Johann Crämer aus Eschwege, augustinermönch und probst des nonnenklosters zu s. Jacob in Kreuzburg an der Werra, schrieb eine chronik des Petersklosters zu Kreuzburg, bis zum jahre 1514, *wo er* propter languorem corporis *aufhörte. herausgegeben ist die chronik von Christian Franz Paullini in seinem Rerum et antiquitatum Germanicarum syntagma (Frankfurt a. M.* 1698). *s.* 303 *erzählt Crämer* Anno domini MCCCXXXVI de virunculis, quos vulgo wichtelmännerchen vocant, admiranda ubique audiuntur. in ore totius monasterii *(d. i. des klosters zu s. Jacob)* est sequens historiola. Sibylla Cauterin, monialis, illustri aliquando die cum socia Spatenbergam praeteriens modicum strepitum animadvertit. igitur retro videt, et ecce pusillus homunculus, isque senex, bene barbatus, hilari fronte, nivei vultus et capillitii, dextra gestans album bacillum et bene vestitus more rusticorum, propius accedit detectoque capite perhumaniter salutat virginem. imperterrita ista gratias agit. tunc ille quonam tendat sciscitatur. dicit 'vide' respondet, 'ne aberres. sunt ibi' (monstrans digito collem) 'varia bivia quae non satis cautum seu itineris peritum facile abducere et seducere possunt. sed confide, comitabor te eousque et tunc clarius monstrabo quo tuto ire possis.' multa audiverat Sibylla de virunculis istis, inprimis quod neminem laedant: ideo sine terrore prolixius cum eo loquitur. inter alia rogat cur non aliquando virgines visitet in monasterio; velle eas ova lac butyrum placentas et similia promere. 'veniam' ait ille, 'modo non vexer seu perturber ab aliis. hoc nemo ex nostris impune tulit unquam.' venientibus tandem ad collem istum, digitis porro monstrat quo sit eundum. sic, praemissa salutatione, fausta quaeque precans reversus est ad Spatebergam. quod postea Sibylla toti conventui narravit. H.